Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



non sicut ego volo sed
sicut tu. Et venit ad
discipulos suos et inve
nit eos dormientes. Et
dicit petro. Sic? Non
potuisti una hora vi
gilare mecum? Vigila
te et orate: ut non in
tretis in temptacionem.
Spiritus quidem prompt?
est caro autem infirma.
Iterum secundo abiit: et ora
vit dicens. Pater mi:
si non potest hic calix
transire nisi bibam illum
: fiat voluntas tua.
Et venit iterum et inve
nit eos dormientes. E
rant enim oculi eorum gra
vati. Et relictis illis
iterum abiit: et oravit
tertio eundem sermo
nem dicens. Tunc veni
ad discipulos suos et
dicit illis. Dormite
iam et requiescite. Ec
ce appinquavit hora
et filius hominis trade
tur in manus peccatorum.
Surgite eamus. Ecce
appinquavit qui me
tradet. Adhuc ipso lo
quente: ecce judas unus
de duodecim venit: et
cum eo turba multa: cum
gladiis et fustibus: mul
ti a principibus sacerdo
tum et senioribus popu
li. Qui autem tradidit
eum: dedit eis signum di
cens. Quemcumque osc
ulatus fuero ipse est
tenete eum. Et confes
tim accedens ad ihesum.